



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniae, 1658

§. 42. Exivit ergo discipulus alius qui erat notus Pontifici. v. 16.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45556

Eateor tamen me hærete & nescire quid de hoc discipuli dicam incerto.
Si quis se expedire potest, expediat & me oro.

§. 41. Petrus autem stabat ad ostium foris. v. 16.

Magis in me accumulatur admiratio, Discipulus ille notus Pontifici
est in atrio, Petrus notus Christo est foris ante ostium: quomodo illa S.
Ioannes vel connektat vel opponat, nescio. iterum hæreo, quia non video
quid ad Petrum ista discipuli intus, positio, vel Petri extra atrium Ponti-
ficis statio. mira, mira! nisi dicamus à Deo ordinatum fuisse ob certas cau-
sas, quod Petrus deberet adesse in atrio Pontificis Iudaici, quando ibi tra-
dito Domino cepit collabi Pontificatus veteris Testamenti, ut eum ca-
dentem exciperet & colligeret gradatim Petrus designatus Pontifex novi
Testamenti. sit hoc sane quam diu aliquid ea de re melius non novi, ita si-
nam esse & servit mihi sic arbitrari, quoniam scio Christum Dominum esse
in quo connectuntur omnia qui & fecit utraque testamenta unum, &
quoniam ipse erat in aula Pontificis in illa hora ut connektaret utraque, o-
portuit ultimum veteris Testamenti Pontificem & primum novi conve-
nire apud Christum ut connekti possent. Ad hoc divina dispensatione igitur
ordinatum credo, ut Petrus foris staret, ut authoritative in atrium Pon-
tificis admitteretur seu introduceretur, ut in Christo & duo Pontifices
successores, & duo testamenta succedentia connektarentur. Sed quomodo
tam disparati Pontifices Petrus & Annas vel Caiphas connektarentur. ne-
mo hominum noverat, solus agnus noverat qui noverat aperite septem sig-
gilla libri apocalyplici. Iste modum invenit, Petrum post se traxit usque
ad ostium Pontificis & quæ secuta sunt ordinavit.

Domine Deus noster quam admirabilia sunt opera tua in cælo & in
terra! Ego illa considerans & amo & pæreo. amo dulcedinem provi-
dentia, pæreo processum iustitiæ, qui unum suscipis alterum relinquis.

§. 42. Exiit ergo discipulus alius qui erat notus Pontifici, v. 16.

Eluctatus sum utcunque ex perplexissimo dubio, cur Petrus securus
fuerit Dominum usque ad ostium Pontificis atrij. iam planior erit via ad
reliqua, quare nimirum ille discipulus notus Pontifici exiit ex atrio &
Petrum foris stantem introduxerit. suspicatus sum nimirum quod in ista
aula vetus & novum Testamentum connectenda essent & summus utrius-
que præses convenire illud & ille ut desinerent & abdicarentur, hoc & sic
ut solemniter iurarentur utraque per Christum & in Christo ad quæ
gæ

grandem tractatum oportebat partes adesse. & una quidem pars iure incolatus in curia ista aderat, altera pars ad vocatione iusta & legitima introductione. Hanc autem fecit discipulus iste notus Pontifici, qui iam in curiam Pontificis iure suo intraverat ut iam etiam Petrum in eam introduceret legitime & Petrus ad tractatum se concernentem introduceretur legitime: discipulus ille mediator etiam necesse habuit exire: bene igitur exiit discipulus iste qui erat notus Pontifici, ut posset introducere existentem foris.

O Beate Christi discipule, anonyme, sive, uti ante coniectabam, Ioannes Apostole duo mihi verba sunt ad te, unum cur tuum nomen non expresseris, vel id nos latere debuerit, alterum ut gratias agam tibi vel benedicam quod in opere divinissimo te præclarissimum adhibueris Christo Instrumentum.

Tu à Domino adhibitus es sacratissimus & secretissimus Minister Novi & Veteris Testamenti in unum connectendi per Christum: Te paronymum quodammodo agente connexus est Magistratus veteris & novi Testamenti, non utriusque salva permanentia, sed unius iam iam destructione, alterius exortu, & possessionis quasi captura, in occupando palatio vacaturo per destructionem spontaneam vel in scissura stolæ Pontificiæ, per Caipham, vel spontanea dimissione Christi per Annam legitimum Pontificem ad intrusum Caipham. Vere tu es magnus inter Apostolos, tu es caritatis conditorium, tu es mysterium maximorum Dei Secretarius, tu divinissimorum operum executor. Tu tuum nomen & hic & alias subticuisti & tamen etiam clare innuisti. Syllabas nominis Ioannis præteristi nomen quod ab opere vel merito tibi competeat clare edixisti, cum agebatur de Christi causa, vocabas te quem diligebat Iesus, cum de Pontificis Judaici causa agitur, vocabas te notum Pontifici. Ostendens hæc vera esse hominis nomina, quæ ei tribuerent sua merita vel bene maleve facta. Ob hæc omnia alta & divinissima, quæ in te experimento comperio te laudo & summe post Christum & Petrum benedico & te iure à Domino dilectum agnosco.

§. 43. Et dixit Ostiaria & introduxit Petrum. v. 6.

Dixit rogando in sui gratiam, ut intromitteret Petrum ancilla ostiaria quia sibi notus esset vir cupidus videre Iesum Nazarenum captivum, nemo igitur potest calumniari Petrum non esse in aulam Pontificis iam abrogandi legitime ingressum, Ecce enim notus Pontifici ex curia exit ad

E 2

Petrum